



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 23. Congregatio pro conciliandis Patribus circa matrimonia clandestina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

obrem denique eo deducta res est, ut per- **Sæcul XVI.**
 penderetur, an vere hujusmodi adefset **A.C. 1563.**
 causa, propter quam matrimonia clan-
 destina pro irritis haberentur: hac igi-
 tur quæstione examini subjecta centum
 triginta sex Patres decreto favebant,
 quinquaginta vero sex sese eidem oppo-
 nebant, reliqui vero media via ince-
 debant.

§. XXIII.

Congregatio pro conciliandis Patri- bus circa matrimonia clandestina.

Postquam cuncta ad matrimonium spe- **Pallav. c. 9.**
 ctantia fuerant discussa, die unde **num. 5.**
 cima Septembris examen circa morum
 Reformationem parabatur: ast prius-
 quam de hoc argumento agebatur, Sy-
 nodi Præsides veriti, ne ob maximum
 illorum, qui sese adhuc decreto contra
 matrimonia clandestina opponebant,
 numerum inter Patres dissensio esset,
 prius illos ad concordiam revocare ni-
 tebantur: ergo die decima tertia ejus-
 dem Mensis in primi Legati ædibus
 conventus habetur, ubi præsentes ad-
 erant ceteri Legati, aliique Cardi-
 nales una cum cunctis Oratoribus
 Ecclesiasticis, & quamplurimis Præfu-
 libus scientia clarissimis præter secundi
 Ordinis Theologos, pluresque laicos;

Hh 2

ab

Sæcul. XVI
A C. 1562.

ab illa enim die omnibus confessum in-
gredi permittebatur.

§. XXIV.

*Præsens negotium Patribus ab Oſo
Legato propositum.*

Pallav. n. 6. Itaque Osius Legatus, qui solus inter Legatos doctrinis Theologicis eminebat, dicere oriebatur, ac tam decreto faventes, quam eidem adversos ita hortabatur: „convocati estis Patres non „ad subtilitatis ostentationem, sed ad „veritatis inquisitionem in tantæ molis „controversia; nam Præsides judicio „vestro multum tribuunt, hinc vos non „in Synodo sistatis tanquam arbo- „res sensu carentes, qui se fletterent, „quo ab impetu majoris partis impel- „lerentur, nam oportet vos commo- „veri ab interiori vi cognitarum ratio- „num: porro in anteactis disputatio- „nibus omnis difficultas non fuit sub- „lata, ac præcipue haud decisum, quo „pacto posset Ecclesia novum hoc im- „pedimentum inducere, quandoqui- „dem in cunctis reliquis obicibus, us- „que ad eum diem constitutis, sem- „per fuerit habita ratio alicujus fac- „noris antecedentis, ob quod obex ori- „retur inter contrahentes: sed hoc non „accidit in præsentia: idcirco quiete, „& placide vestras sententias exponatis.

§. XXV.